# Band I., Nr. 284, Seite 361-364

*Erneuerte Urkunde über die Stiftung des Klosters Alpirsbach.*

## Ohne Ortsangabe, (zwischen 1125 und 1127.)

+ Quia deus dei filius veritas est inviolabilis, universis personis ęcclesiasticis, catholicę religioni consentaneis, veracibus pandimus argumentis, quod nos tres, Růtmannus de Husin, Adelbertus de Zolro, comes Alwicus de Sulzo, divini amoris igne succensi, diligenter pertractando quesivimus, cum consilio venerabilis Gebehardi, Constantiensis ęcclesię episcopi, qui tunc temporis legatus apostolici extitit, ac religiosi Vtonis, qui eodem tempore sancti Blasii cellę abbatis regulari discretione prefuit, nec non et aliorum venerandorum monachorum, clericorum, laicorum quos advocare potuimus, qualiter in predio nostro, Alpirspach nominato, quod iure possedimus hereditario, monachorum posset cęnobium institui, ut hii qui inibi aggregandi forent, sine perturbatione deo militare possent. Quod cum diu pertractaremus, visum nobis est hoc bonum esse, ut predium prescriptum silvamque predio eidem circumpositam cum terminis suis, nec non et alia predia et mancipia[a] nostra ad opus tam religiosum decreta, cuidam libero homini nomine Bernhardo de Flůrin, ut consuetudo est, traderemus, ea videlicet conditione, quatinus ipse eadem deo sanctoque omnino in proprietatem traderet Benedicto, abbati ibidem constituendo et monachis ac fratribus sibi obedientibus libere servitura. Porro ut eiusdem loci habitatores semper quieti manerent, ipseque locus Romani pontificis auctoritate omnimodo liber constaret, decretum est, pro obedientia subiectionis aureum nummum dari annuatim in palacio Lateranensi ad pedes apostolici, et abbas ibi constituendus cum monachis fratribusque sibi obtemperantibus liberam semper haberent potestatem gubernandi et dis[po]nendi[b] res illuc pertinentes, haberent etiam liberam facultatem sibi advocatum eligendi et constituendi quemcunque vellent, et eundem mutandi, si eis ita placuisset. His causis et rebus considerata dispositis diligentia, advenit nostra vocatione Constantiensis a[ntistes, legatus tunc] apostolicus, ut locum prenominatum consecrans deo iam preparatum dedicaret oratorium, anno incarnacionis dominice MXCV., i[ndictione III.] XVII. kalendas Februarii. Advenit quoque prefatus Bernhardus, cui predia et mancipia nostra tradidimus, advenerunt et alii multi no[biles et i]gnobiles, in quorum

[a]Die Pergamenthandschrift hat *mancipicia.*

[b]Statt der in eckigen Klammern eingeschlossenen Stellen befinden sich in der Pergamenthandschrift Löcher. Das Fehlende konnte durchgängig aus dem Alpirsbacher Kopialbuch ergänzt werden.

omnium conspectu sepe dictum Bernhardvm petivimus, ut predia [et] mancipia a nobis sibi tradita deo sanctoque Benedicto solempni delegatione omnino in proprietatem contraderet ea conditione qua nos ea sibi tradidimus. Quam petitionem ille devote suscipiens accessit ad reliquias sanctorum, et in presentia episcopi omniumque qui illic convenerant tradidit[c] in primis super illas ipsum locum qui Alpirsbach dicitur et ei circumiacentem silvam cum terminis suis[d] subscriptis, id est Heînbach quod protenditur usque Walsbach, de Walsbach ad Sneîtbach, de Sneitbach in Rotinbach, de Rotinbach in flumen Kinzichun, secus flumen Kinzicham protenditur usque Wagondenstein, de Wagondenstein usque ad aliam Kynzicham. De Kynzicha usque Grunenwitichin, de quô lôco ad montem in den ursprinc, *natatoria*[e], de natatorio ad Kaltôbrunnin, dê quo ad Rôtinbach, de hoc usque ad montem in natatorium, de natatorio in silvam usque ad clivum nivalem, *snêsleiphi*, de clivo nivali, *fon der snesleiphi*, in Kyncicham. Infra fines horum terminorum Eberhardus de Miêringin a sancto Gallo inbeneficiatus terram sancti Benedicti in loco qui dicitur Witichin, quod suo beneficio conmilitat, violenter invasit, et domum quandam Alpirsbachensium in prefatis bonis positam igni succendit, qua postea lite penitus dimisssa, presente Fridirico seniore, advocato, conpositione unius talenti restituit. Et hęc temporibus Heînrici quarti Romanorum imperatoris[f] facta sunt. Tempore vero Lotharii regis Fridiricus, Fridirici filius,

[c]Das Wort *tradidit* fehlt in dieser Ausfertigung.

[d]Bis hierher ist die Urkunde, einzelne Wörter und Wendungen abgerechnet, ganz gleichlautend mit der Urkunde Nr. 254 (S. 315-318) aus dem Jahr 1099. Das folgende bis zu den Worten *mancipium unum sancto Benedicto delegavit* ist, wie dort bemerkt wurde, ein in den Text eingeschobenes, nahe an 30 Jahre jüngeres Stück, dessen Inhalt wahrscheinlich zu dieser zweiten Aufzeichnung Veranlassung gab. Nachdem nämlich die am Schluss der früheren Urkunde von anderer Tinte beigesetzte Grenzbeschreibung, teilweise abweichend, heraufgenommen ist, werden zwei Fälle vorkommender Störung und darauf erfolgter jedesmaliger feierlicher Anerkennung der so beschriebenen Grenze berichtet. Die nächst folgenden Worte *Deinde alia praedia et mancipia* bis *aliqua violentia perturbant* nähern sich wieder dem früheren Text, jedoch mit Veränderungen und Zusätzen, nach welchen die Stelle ebenso gut auf eine erst später erfolgte nochmalige Anerkennung oder Wiederholung einer bei der Stiftung vorgenommenen Handlung bezogen werden kann als auf diese selbst. Erst von den Worten *Post haec consecratum est oratorium* bis gegen den Schluss ist der übrige Teil der älteren Urkunde unverändert und unvermittelt angereiht. Die Störung, die der innere Zusammenhang dadurch erleidet, ist von selbst einleuchtend. – Den Anhaltspunkt für die Zeitbestimmung der Urkunde geben die in dem eingeschobenen Stück genannten Namen des Königs Lothar (König 1125, Kaiser 1133, gest. 1137) und des Bischofs Ulrich von Konstanz (1111-1127), wobei allerdings vorausgesetzt ist, dass Ulrich I. und nicht sein Nachfolger Ulrich II. (1127 - um 1140) gemeint ist. In letzterem Fall wäre der Zeitraum bis 1133 zu erstrecken.

[e]Die kursiv gedruckten Worte stehen in der Pergamenthandschrift über der Zeile.

[f]Zwischen diesen beiden Worten ist ein Wort ausradiert.

Alpirsbachensis advocatus, beneficiorum prefati Ebirhardi successor factus, dum pro iniuria illorum qui eisdem beneficiis inbeneficiati fuerant sepius a fratribus loci interpellaretur, ab ipsis hominibus ęcclesię cęterisque bonis accolis terrę de iusticia loci inquisitionem sub iureiurando diligenter in ipso loco fieri fecit, et eandem iusticiam de invasis terminis sub iureiurando recognitam modis omnibus quibus potuit, et sicut ex vocatia debuit, in presentia fratris sui Eginonis, sub testimonio ministerialium suorum et hominum sine omni contradictione prefatę ęcclesię confirmavit. Hęc autem sunt nomina liberorum hominum, sub quorum presentia ista facta sunt: Heînrich de Luphun. Marcwart de Ascha. Woluerat de Ouwa. Adelbertus de Wachindorf, et alii quam plures idonei testes, tam ingenui homines quam gnari milites. Sane ut huius restitutionis confirmatio sic a Fridirico advocato facta notior et firmior in posterum teneretur, ab Aliwico, regionis illius comite, denuo corroboratur, qui rogatu fratrum Alpirsbachensium predictos terminos terrarum sancti Benedicti et beati Galli sub iureiurando vetustissimorum et veracissimorum illius loci conprovincialium diligenti inquisitione adinvenit, et inventos ad utilitatem Alpirsbachensis ęcclesię in suo legitimo placito seculari banno, sicut fieri solet, inbannavit, que omnia tandem Ŏdalricus Constantiensis episcopus in die palmarum inter missarum sollempnia ibidem celebrata ęcclesiasticę auctoritatis sententia stabilivit. Hii itaque sunt qui iuraverunt: Gundeloch de Homessingin et Heinricus. Antwart. Eppo. Růzile. Ezilo[g]. Ŏdalricus. Růdin. Volmar. Azzo. Heînrich de Bedzingiswilaeri. Walther et Aâlbreht de Gundolfishusin. Manegolt de Bîlsteîn. Wipreht et Starcholph fratres cum aliis nonnullis veracibus personis. Tandem comes Alwicus, bono dei spiritu ductus, quandam predictorum terminorum, in loco qui dicitur Kaltinbrunnin, partem iniuste a se possessam prefatę Alpirspachensi ęcclesię in presentia domni Cůnradi, ibidem abbatis, et Wernheri, abbatis Solitariorum, suorumque fratrum, predocente Egilolpho, tunc milite set postea ibidem monacho, allatis sacrosanctis, voluntarie restituit, et ob cautelam memorialis testimonii mancipium unum sancto Benedicto legitime delegavit. Deinde alia predia et mancipia, constituta in his villis: Dorinheîn, Homessingin, Hebindorf, Garta, Hasela, Ueringin, omnino in proprietatem tradidit deo sanctoque[h] Benedicto absque omni contradictione et repeticione; prefatam confirmationem perfecte lib[erta]tis in gubernatione et dispositione rerum claustralium, in[i] electione et mutatione advocati, in censuali constitutione aurei nu[mmi, pro te]stimonio subiectionalis obedientię ac pro memoria libertatis perpetuę apostolicę auctoritati annuatim solvendi, legitime atque ę[tern]e faciens; addens quoque,

[g]So, nicht *Rühle* und *Frizo*, wie in einem der vorhandenen Abdrucke, ist zu lesen.
[h]Vor *Benedicto* ist *nicolao* durch untergesetzte Punkte ausgestrichen.
[i]Das Wörtchen *in* steht über der Linie.

ut abbas cum advocato suo fratribusque suis apostolicam defensionem vel eius sententiam fiducialiter requirant contra eos qui loci libertatem aliqua violentia perturbant. Post hęc consecratum est oratorium ab eodem pontifice Gebehardo in honore sanctę trinitatis, victoriosissimę crucis, dei genitricis, beati Benedicti confessoris omniumque sanctorum. Omnia vero prescripta per eum[j] apostolica auctoritate sunt roborata, et non tan[tum una vic]e illoque tempore, set etiam post aliquot annos, quando iterum ad eundem locum advocatus dedicavit ibi ęcclesiam anno verbi incarnati MXCVIIII., indic[tione II]I., V. kalendas Septembris, die dominica. Tunc, inquam, presentibus ipsius loci fundatoribus multaque populorum turba astante iterum diligenter recensita sunt omnia quę ad stabilitatem et libertatem loci pertinent et ad requiem securitatis eorum qui ibi deo sanctoque servituri sunt Benedicto. Quę iterum domnus Gebehardus Constantiensis episcopus, tunc quoque vicem apostolicam tenens, amore sanctissimi patris Benedicti apostolica auctoritate devotissime roboravit, donec ipsius cenobii fratres Romam mittere possent et ab ipso papa suę securitatis et libertatis privilegium susciperent. Huius testamenti doctor extitit Benno de Speîchingin, non semel set bis. Primo, sicut dictum est, in ipso loco, quando ibi consecratum est[k] predictum oratorium, secundo apud villam que Rotwilo dicitur, coram duce Bertoldo aliisque regni principibus quam pluribus et populo multo, ubi domnus Adelbertus de Zolro, seculi actibus renunciaturus, preter illa predia que antea dederat, iterum deo sanctoque Benedicto prorsus in proprietatem tradidit quicquid in his villis hereditario iure possessum habuit: Fůzin[l], Geroltisdorf, Sulzo, exceptis his que servientes sui, videlicet Reînwin, Růdolfus, Reginboto ibidem proprio iure possederant. Cuius delegationis idonei testes sunt hii: venerandi comites Alwicus. Gotefridus. Fridiricus. Manegoldus. Gerungus. Zeizolfus et nichilominus Heberharth, Heriman, fratres de Dîetfurt. Bertholt de Hohinburc. Diethelm de Dockinburc. Cůno de Sulza. Landolt de Winzilun. Walther de Heîtirbach. Gêrbolt et Wernherus fratres de Augia. Ebirhardus de Sedorf. immo rex angelorum cum omni turba celorum. Amen.

—

Nach einer im 12. Jahrhundert auf Pergament in Urkundenform geschriebenen Aufzeichnung; früher im fürstlichen Archiv zu Hechingen, heute StA Sigmaringen.<br> <br> Eine Abschrift steht in dem im 15. Jahrhundert geschriebenen Kopialbuch

[j] Im Original steht *per eum prescripta*, darüber aber die Buchstaben *b* und *a*, zum Zeichen dafür, dass *prescripta per eum* zu lesen sei.

[k] Das Wort *est* über der Linie.

[l] Der Anfangsbuchstabe ist verwischt und war der übrig gebliebenen Spur zufolge ein *V* oder *F*.

des Klosters Alpirsbach im HStA Stuttgart, woraus einige in der Pergamenthandschrift vorkommende Lücken ergänzt sind.<br> <br> <br> Die ursprüngliche Deutung als Hausen ob Rottweil, Rottweil, RW, wurde in den Verbesserungen und Zusätzen der folgenden Bände des Württembergischen Urkundenbuchs aufgegeben. Zunächst wurde für *Husin* auf Hausach, Hausach, OG, im Kinzigtal verwiesen. Dabei wurde einer Vermutung von Karl Jordan Glatz: Geschichte des Klosters Alpirsbach auf dem Schwarzwalde, nach Urkunden bearbeitet, Straßburg 1877, S. 5, gefolgt, mit der Begründung, dass nach Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 9 (1858), S. 224, der hier ansässige Adel von Hausach, früher Hausen genannt, wohl mit den Herren von Wolfach verwandt gewesen und damit in enger Verbindung zu den vornehmsten Familien der Schwarzwälder Baar gestanden wäre, was ihrer Rolle als Mitstifter entprechen würde. In einer späteren Anmerkung der Verbesserungen und Zusätze wurde dann aber auch auf eine mögliche Verbindung von *Husin* mit Neckarhausen, Horb am Neckar, FDS hingewiesen. Nach einer Mitteilung des Hans C. von Ow, soll der Alpirsbacher Mitstifter Ruotmann der Vater des Guntram von Neckarhausen gewesen sein, der zu Beginn des 12. Jh. Güter in Neckarhausen und Betra, Horb am Neckar, FDS an Klosterreichenbach verschenkte.<br> Nach der ursprünglichen Deutung im Württembergischen Urkundenbuch für die Gründungsurkunde von 1099 (WUB, Bd. I, Nr. 254, S. 315-318) verlaufen die Grenzen des Waldgebiets wie folgt: Am Heimbach bei Wälde, Betzweiler-Wälde, FDS, aufwärts bis zur Einmündung des Staffelbachs nördlich von Fluorn, Fluorn-Winzeln, RW. Den Staffelbach hinauf bis zu seinem Ursprung, von dem aus die Grenze über Rötenberg, Aichhalden, RW, zum Rötenbach und an diesem hinab bis zu seiner Mündung in die Kinzig führt. Die Kinzig abwärts bis zur Mündung der Kleinen Kinzig bei Schenkenzell und diese aufwärts über Wittichen bis zu deren Ursprung. Von dort aus über die Wasserscheide bis zum Rötenbächle und an diesem abwärts bis zum Ellenboger Tal. Von dort zuletzt über den Vogelsberg bis zum Heimbach bei Wälde. - Mit jener Deutung wird ein Bezirk beschrieben, was in der Vorlage nicht geschieht. Ausserdem ist sehr fraglich, ob alle geographischen Namen der Vorlage und ihre Reihenfolge richtig gedeutet wurden. In der vorliegenden Urkunde wird ein davon abweichender Grenzverlauf beschrieben, der von Wittichen aus nicht direkt zum Ursprung der Kleinen Kinzig, sondern nach Kaltenbrunn, Schenkenzell, RW führt und von dort zum Rötenbächle und dessen Quelle. Schließlich geht die Grenze von hier aus durch den Wald über die „Schneeweiße Höhe“, genannt *snesleiphi*, wieder an die Kinzig.<br> Die ursprünglich vorgeschlagene Deutung als Asch, Blaubeuren, UL, ist wohl unwahrscheinlicher als die Identifizierung mit Obereschach, Villingen-Schwenningen, VS, bzw. Niedereschach, Niedereschach, VS.<br> Obernau, Rottenburg am Neckar, TÜ.<br> Höfendorf, Rangendingen, BL.<br> Eigentlich mit Großgartach, Leingarten, HN, identifiziert, aber noch in Beschreibung des Oberamts Oberndorf, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart 1868, S. 190, als nicht sicher zu bestimmen erwähnt. Vielleicht liegt es nahe über den schon sehr frühen Einfluss Hirsaus auf Alpirsbach (vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Be-

schreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 5, S. 604) an Kleingartach, Eppingen, HN, zu denken, wo Kloster Hirsau vom 12.-15. Jh. begütert war (vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 4, S. 73).<br> Göllsdorf, Rottweil, RW.<br> Alt-Toggenburg (Ruine), Kircheberg, Kt. St. Gallen, Schweiz.<br> </>

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
StA Sigmaringen

**Signatur/Titel des Originals:**
FAS (Dep. 39) HH 1 - 50 T 1 - 5 U 582

**Überlieferung und Textkritik:**
Original. Abschrift im HStA Stuttgart H 14 Nr. 4, 1. Teil, Bl. 1-2 v.

**Editionen:**
Rudolph Freiherr von Stillfried: Altertümer und Kunstdenkmale des erlauchten Hauses Hohenzollern, 5 Bde., Berlin 1838-52, und N.F. 2 Bde., Berlin 1859-67, Bd. 2 (Faksimile der Hechinger Handschrift). Rudolph M. Freiherr von Stillfried-Alcántara und Traugott Märcker (Hrsg.): Monumenta Zollerana: Urkundenbuch zur Geschichte des Hauses Hohenzollern, 8 Bde. und Register, Berlin 1852-90, Bd. 1, S. 8, Nr. 2 b. Crusius: Annales Suevici, Bd. 2, Buch 8, Kap. 14, S. 293. Franz Petrus: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 51.

**Regesten:**
Chartularium Sangallense, hrsg. von der Herausgeber- und Verlagsgemeinschaft Chartularium Sangallense (Historischer Verein des Kantons St. Gallen, Staatsarchiv, Stadtarchiv, Stiftsarchiv St. Gallen), bearb. von Otto P. Clavadetscher, Bd. 3 und 4, Sigmarin, Bd. 3, S. 22, Nr. 899 (Datierung zwischen 1130 und 1140). Johann Wilhelm Braun (Bearb.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 157, Nr. 129.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Alpirsbach Wohnplatz (7194)<br> Alpirsbach, FDS<br> Alt-Toggenburg (Ruine), Kirchberg, Kt. St. Gallen, Schweiz, W<br> Asch Wohnplatz (16720)<br> Asch, Blaubeuren, UL<br> Betzweiler, Betzweiler-Wälde, FDS<br> Bildstein Wohnplatz (10140)<br> Bildstein, Freiamt, EM<br> Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)<br> Burg Hohenzollern, Bisingen, BL<br> Dietfurth Wohnplatz (21119)<br> Dietfurth, Inzigkofen, SIG<br> Dornhan Wohnplatz (12255)<br> Dornhan, RW<br> Fluorn Wohnplatz (12791)<br> Fluorn, Fluorn-Winzeln, RW<br> Fützen Wohnplatz (12860)<br> Fützen, Blumberg, VS<br> Großgartach Wohnplatz (2040)<br> Großgartach, Leingarten, HN<br> Gundelshausen Wohnplatz (12261)<br> Gundelshausen, Dornhan, RW<br> Göllsdorf Wohnplatz (12399)<br> Göllsdorf, Rottweil, RW<br> Haiterbach Wohnplatz (6822)<br> Haiterbach, CW<br> Haslach im Kinzigtal Wohnplatz (10667)<br> Haslach im Kinzigtal, OG<br> Hausach Wohnplatz (10688)<br> Hausach, OG<br> Hausen ob Rottweil Wohnplatz (12402)<br> Hausen ob Rottweil, Rottweil, RW<br> Hochmössingen Wohnplatz (12371)<br> Hochmössingen, Oberndorf am Neckar, RW<br> Homburg Wüstung (26119)<br> Homburg, Eigeltingen, KN, W<br> Höfendorf Wohnplatz (16481)<br> Höfendorf, Rangendingen, BL<br> Kaltbrunn Wohnplatz (12460)<br> Kaltbrunn, Schenkenzell, RW<br> Kleingartach Wohnplatz (1923)<br> Kleingartach, Eppingen, HN<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Lupfen Wüstung (23423)<br> Lupfen, Talheim, TUT, W<br> Mühringen Wohnplatz (7496)<br> Mühringen, Horb am Neckar, FDS<br> Neckarhausen Wohnplatz (420)<br> Neckarhausen, Nürtingen, ES<br> Niedereschach Wohnplatz (13302)<br> Niedereschach, VS<br> Obereschach Wohnplatz (13966)<br> Obereschach, Villingen-Schwenningen, VS<br> Obernau Wohnplatz (16181)<br> Obernau, Rottenburg am Neckar, TÜ<br> Rottweil Wohnplatz (12416)<br> Rottweil, RW<br> Seedorf Wohnplatz (12283)<br> Seedorf, Dunningen, RW<br> Spaichingen Wohnplatz (14153)<br> Spaichingen, TUT<br> St. Blasien Wohnplatz (15605)<br> St. Blasien, WT<br> St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz<br> Sulz am Neckar Wohnplatz (12745)<br> Sulz am Neckar, RW<br> Vöhringen Wohnplatz (12767)<br> Vöhringen, RW<br> Wachendorf Wohnplatz (16248)<br> Wachendorf, Starzach, TÜ<br> Winzeln Wohnplatz (12797)<br> Winzeln, Fluorn-Winzeln, RW<br> Wittichen Wohnplatz (12488)<br> Wittichen, Schenkenzell, RW